

Ripalta Secretarium nostrum, & commissarium per nos ad hoc deputatum, quam per nobilem castellanum, & potestatem dicte civitatis Aquis, nec non per castellanos, & iudicantes castri Rocherii, seu Alicis sumto pretextu, quod predicti Aquenses uniti more hostili, ac armati diversis generibus armorum mediante sono campane, timpanoque pulsante, & aliis instrumentis bellicis utentes, consilioque prehabito violenter, & per vim publicam accesserunt ad locum nostrum castri Rocherii, & 10 in ipso loco ignem, & incendium immiserunt, eumque combusserunt, & quosdam ex hominibus, & mulieribus dicti loci, & ibidem habitantibus vulneraverunt, & occiderunt, bona ipsorum de-robarunt, & devastaverunt, & fere totum ipsum locum destruxerunt, unionemque, & vim publicam, furta, assassinia, latrocinia, homicidia, & alia norma, & enormissima delicta, etiam cum modica nostri reverentia prout reperitur contineri in omnibus, & singulis dictis processibus gestis, & agi- 20 tatis coram predictis iudicibus &c. Nos pro nostro, majorumque nostrorum instituto more ad clementiam proni erga subditos nostros attenta maxime ipsorum Aquensium devotione, & fide antiqua erga nos, & statum nostrum, Illustrissimos quoque nostros Progenitores. Harum serie facimus predictae comunitati consulibus consiliariis plenam, liberam, & amplam gratiam, & absolutionem &c.

Dat. Tridini die XVIII. novemb. MDXVII.

Pastronus.

Litterae Rectorum sodalitates B. M. V. Romae instituta, quibus fratres s. Antonii civitatis Aquarum suo Collegio aggregant, omnibusque juribus participes faciunt. Ex membrana pene D. Lingerium ab Actis civit. Aq.

98

MDLXXXVIII.

Anno MDLXXXVIII. die XXI. februarii. Innot. Malvasia, Vinc. de Vetera, Leo Strotius, & Asdrubal Matthejus Custodes Romanae Archiconfraternitatis Consalonis B. V. Mariae, petente magnifico D. Gulielmo Lingerio familiari domestico Illustrissimi & Reverendissimi D. Cardinalis Alexandrini aggregaverunt confratres Confraternitatis s. Ambrosii civitatis Aquensis suae Archiconfraternitati sub hac conditione, ut ejus confratres elemosinam cerae albae in Assumptione B. M. V. Romam ad Archiconfraternitatem deferant. In hisce vero litteris confratres s. Ambrosii ab illis custodibus monentur, ut predicationes verbi Dei frequentent, sepe peccata sua confiteantur, Eucharistiam sumant, orationibus invigilent, infirmos, & precipue confratres visitent, & eos consilio, & auxilio adjuvent, corpora defunctorum confratrum, & aliorum fidelium presertim benefactorum associent, Ecclesiasticaeque sepulture tradant, ac pro illorum animabus preces effundant, divinaeque officia celebrent, & celebrari faciant miserabilibus quoque personis necnon afflictis Christi-fidelibus captivis in misera infidelium servitute detentis pro eorum redemptione de aliqua elec-

mosina subveniant, & aliis caritatis, ac pietatis officiis vacent &c.

Stephanus de Levo Vic. Gen. Episcopi Aquen. solemne hoc aggregationis documentum in publicum edictum mandavit die IV. junii MDLXXXVIII.

Erectio Archivi a Vincentio Duce Mantuae Aquen. civitati concessa. Ex Tabul. ejusd. civit.

MDLXXXII.

99

Vincentius Dei gratia Mantuae, & Montisfer-rati &c. cum communitas, & homines civitatis Aquis, Ducatus hujus nostri exponendum nobis curarunt sibi ipsis magno incommodo, & sumptui esse scripturas, & instrumenta publica, que in dicta urbe, ejusque ditone recipiuntur, ad archivium urbis hujus itidem nostrae deferre, cum illa postea ubi opus sit, non tam facile, ac statim ob locorum distantiam habere possint, idcirco a nobis suppliciter petierunt, ut ipsis facultatem archivii in dicta civitate Aquis erigendi, in quo scripturae, & instrumenta publica asservari possint concedere dignaremur, eorum precibus annuendum duximus, ut ex hoc, quantum eorum commoda, & utilitates nobis cordi sint, clare percipiant. Hoc igitur decreto ultro, consultoque eidem communitati, & hominibus concedimus, absque tamen registri instrumentorum prejudicio, ut archivium in dicta urbe Aquis erigere, in eoque scripturas, & instrumenta publica, ut supra asservare possint, hac tamen lege, ut scripturas, ac instrumenta, in quibus de interesse nostro agatur, Praesidi, & magistratui ejusdem Ducatus nostri consignare teneantur, mandantes &c.

Datum Casali Kal. junii MDLXXXII.

Erectio Collegii Jurisconsultorum, & Notariorum cum jure nundinas celebrandi in festo die B. Guidi, & s. Crucis, & facultas habendi mercatus die martis, & veneris singulis quibusque hebdomadis concessa a Vincentio Duce Mantuae &c. Ex Tabul. civit.

MDLXXXIII.

100

Vincentius Dei gratia Dux Mantuae, & Montisfer-rati &c., Nos, & Domini Antecessores nostri recolendae memoriae obsequia dilectorum nostrorum civium Aquensium Ducatus hujus nostri agnoscentes, & propterea eorum indigentis libenti animo, & benigne consentire volentes, quo facili in illa urbe in dies splend. commerciorum industria res suas mercando augere valeant, majoraque commoda sentiant, idcirco humilibus ipsorum annuentes precibus hoc decreto pro arbitrio, & absoluta potestate, qua in universum Ducatum hunc nostrum p. otimur volentes ultro, consultoque dictis civibus, non solum eorum privilegia, statuta, capitula, bonos mores, laudabiles consuetudines, franchisias, sententias, conventiones, concessionem, omniaque alia jura, quae ipsis a majoribus nostris concessa, & approbata,